



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Dexteritas in Socijs perficiendis. 45

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

omnes omnium affectus erga Virginem, Cælitum Imperatricem, inflammabat, vt quam vnam ipsemet principe studio prosequeretur, eius amorem apud alios quoque redderet auctiorem. His effecit, præter alia plura, vt Socij quacunq; Marianam effigiem, siue cælo laboratam, siue penicillo ductam præterissent, concordēs, veluti lege quadam, Auere Virginem omnes ex Gabrielis formula, iuberent.

*XLV. Dexteritas in Socijs  
perficiendis.*

**F**ortè quadam esculenti melioris, nescio quid opiparum, socio obuenerat; qui eius esitandi auidior, iam iam inhiabat. Interuenit Antonius, eique familiariter: vtinam tu nosse, inquit,  
hac

hac r  
uatio  
cepta  
res tu  
reris,  
volup  
abdic  
dentē  
ne qu  
volen  
dem e  
quos  
gulis  
vince  
Deo  
donat  
de, si  
ingen  
futura  
ret, n  
que o  
tū è si

erga  
 atri-  
 m v-  
 adio  
 n a-  
 au-  
 alia  
 Ma-  
 abo-  
 tam  
 eluti  
 nem  
 a, iu-  
 is  
 me-  
 rum,  
 itan-  
 t. In-  
 ami-  
 quit,  
 hæc

hæc rei tantulæ voluntaria pri-  
 uatio, quàm cælitibus foret ac-  
 cepta? Fallor enim, aut impera-  
 res tu tibi, & hoc illis gratifica-  
 reris, vt pro eorundem amore,  
 voluptatem hanc paullulam  
 abdicares. Ictus hic alter, manū  
 dentēsq; abstinuit; atque id om-  
 ne quod erat; monitoris arbitrio  
 volens concessit. Antonius eo-  
 dem esculento mox ad alterum,  
 quos idoneos norat, perlato, fin-  
 gulis eadem arte persuasit, vt sui  
 vincendi gratia, doni illecebram  
 Deo cum sperato fænore con-  
 donarent. Apud familiares dein-  
 de, si quid vitiosum, aut minus  
 ingenuū obseruasset, dum pro-  
 futuram admonitionem crede-  
 ret, non prætermisit, sui quem-  
 que officij commonefacere. Ita  
 tū è suis animaduertisset quem-  
 dam

E dam

dam haud satis pro decoro saceris adstitisse, seductum è turba leniter obiurgauit: Christianum id quidem decere omnino neminem; sed omnium minimè eum, qui cliens illius Virginis fit, cui<sup>9</sup> tunc videat filium pro se immolari. Alius violentior affecerat alium iniuriâ; Conatus precario defendere innocentem Antonius, litem illico suam fecit. Nam auctor in ipsum illatus, pari furore lacerare patronum cepit. Perstare tamen hic modestéque, se quidem hæc, & his plura commeritum dicere; certè autem, ne immerenti socio, ea quoque probra ingererentur, deprecari. Exarmauit hæc modestia rabiem, vt breuè non modò patronum insectari alter desierit, sed cum ipso etiam aduersario

rio in  
quies  
XLV

I Nt  
in  
berer  
malè  
ceter:  
occup  
prim  
ducti  
pites  
serti  
tuber  
prior  
ceter  
di ag  
tener  
tem;  
dum  
bant  
rio

rio in gratiam reductus, con-  
quiescit.

*XLVI. Solertia in tironibus  
præoccupandis.*

**I**ntelligebat probè, quantum  
in omni re momentum ha-  
berent initia: quæ vt benè aut  
malè posuimus, sic plerumque  
cetera sequuntur. Eam obrem  
occupare eos adolescētulos cum  
primis studebat, qui peregrè ad-  
ducti, Seminarium recentes hos-  
pites, ingrediebantur; tum præ-  
sertim, si suo eos destinari con-  
tubernio vidisset. Hos ipse adire  
prior & alloqui, his narrare, qua  
ceteri lege viuere, quam studen-  
di agendique solerent formam  
tenere: simul p̄fecti charita-  
tem; simul humanitatem præsi-  
dum laudare. Quæ eo specta-  
bant omnia, vt ne præiudicio